Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



cesaris et mortuus est in exilio / Hic scripsit li-
bros poeticos metricos / De nuce librum unum
Inuencionis . li. j.
Methamorpheos . li. vj.
Epistolarum . li. j. De faustis . li. vj.
Dimeticulo . li. 3.
De tristibus . li. v.
De arte amandi . li. 3.
De posito . li. j.
De remedio amoris
De vetula . li. vnum

Valerius maximus octauiani augusti
tpe claruit / Hic librum edidit de factis
et dictis moralibus antiquorum virorum qui
aput gentiles romanos et grecos habebantur
famosi et illustres addens ex ppriis quedam ad vir-
tutum commendacionem et virtutum detestacionem ptinen-
cia luculento sermone ex quibus pauca hic po-
sita sunt / Lento gradu ad vindictam sui diuina
procedit ira / tarditatemque sui grauitate compen-
sat / Dulcedo vite multa et facere et pati tur-
piter cogit / Humane imbecillitatis efficacissimum
duramentum est necessitas / Quid prodest foris
esse strenuum si domi male viuitur / Illa po-
tencia tuta est / que viribus suis modum imponit /
Locupletem facit hominem non multa possidere / sed
modica desiderare / Nulla tam modesta facili-
tas est que malignitatis dentes vitare possit / Ali-
enis incommodis suorum adhuc expertes insultant /
Optima vindex insolencie varietas condicionis

148